The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Accidia k

cum fonte primo

Accidia est

solitariis magis experta
et in heremo commorantibus
infestior hostis ac frequens.

Idem in eodem libro (Iohannes Cassianus libro X. de institutis monachorum).

Sextum nobis certamen
est, quod Graeci ἀχηδίαν [acedia] uocant, quam nos taedium siue anxietatem cordis possumus nuncupare. adfinis haec tristitiae ac
solitariis magis experta
et in heremo commorantibus
infestior hostis ac frequens,
maxime circa horam sextam monachum inquietans, ut quaedam febris ingruens tempore praestituto ardentissimos aestus accessionum suarum solitis ac statutis horis animae inferens aegrotanti.

Iohannes Cassianus, *De institutis coenobiorum*, 10.1 (CSEL 17.1, M. Petschenig ed., pp.173-4, ll.20-22, 1-4).